

Sententia Jordani Archiepiscopi Mediolanens. irritas decernentis concessionem Clientelares ab Opizone Episc. Laudensi (B. Vvidonis Episc. Aquensis Fratris) ex Julin. Mem. di Mil. par. V. pag. 545.

16

MCXVII.

Dum in Dei nomine in civitate Mediolan. in arengo publico, in quo erat Jordanus &c. ibi veniens D. Ardericus Ven. Episc. Laudens. cum suis clericis majoris ordinis, & minoris, atque cum eo suis capitaneis reclamantes de tam gravibus, & iniquis invasionibus, investituris, & alienationibus de casis, & rebus honoribus ad ipsam Laudensem Ecclesiam pertinentibus factis per q. Obizonem invasorem, qui indigne dicebatur Laudensis Episcopus, seu per suos successores Fredenonicum, & Rainaldum, qui sine ratione dicebantur Episcopi, & dicebat ipse D. Ardericus Episc., quod quondam adhuc integra civitate Laudense palam in communi ejus arengo judicaverunt, & testimonium dederunt ipsi Laudensis Ecclesie Vassalli, & omnes alii laici, & clerici in concordia, quod ille invasiones, & investiture, quas fecit predictus Obizo nullo modo cum ratione, nec usu stare, nec ullam firmitatem habere deberent, quia dicebant se omnes aperte cognoscere jam dictas alienationes non ad utilitatem, sed detrimentum Ecclesie factas fuisse. His ita per ordinem Jam dicto D. Jordano Archiep., & jam dictis consulibus eas igitur omnes nullius esse roboris, ac firmitatis decreverunt &c. Factum est hoc anno ab Incarnat. Domini Nostri Jesu Christi MCXVII. IV. die mensis julii indict. X. Ego Jordanus Archiep. &c.

17

MCXIX.

Sententia D. Jordani Archiepiscopi Mediolani pro C. Presbyteris Decumanis adversus Capellanos Ecclesiarum minorum civitatis Mediolani in Synodo cum Episcopis suffraganeis prolata. Ex Julinio mem. di Mil. par. V. pag. 548. incipit presentia D. Jordani Dei gratia Mediolanensis Archiepiscopi anno Dom. Incarnat. MCXIX. III. die mensis novemb. Indict. XIII. Ego Jordanus &c. Ego Azo Aquensis Episcopus (septimus) subscripsi. Ego Ricardus Novariensis Episcopus S. Ego Petrus Terdonensis Episcopus S. &c. Desunt reliqui ex nostris.

Calixti P. P. Epistola ad Ottonem Palatinum Comitem de Wittelsbach, qua ei novi Monasterii constructionem injungit, eo quod Romae captioni Paschalis Papae II. interfuerit, & Azonem Episcopum Aquensem legatum suum commendat. Ex Echard. Orig. Guelph. T. II. pag. 471. Et ex Hundii Metrop. Salisb. T. III. pag. 305.

18

MCXXII.

Calixtus Episcopus servus servorum Dei Illustri viro Ottoni Comiti Palatino salutem, &

Apostolicam benedictionem. Dolere te, & vehementer tritari audimus, eo quod in illa regis expeditione fueris, in qua Dominus noster sanctae memoriae Paschalis nimis crudeliter captus fuit, non tamen captioni, aut retentioni ejus consilium, seu auxilium praebuisti. Unde gaudemus valde &c. Carissimum fratrem, & consanguineum nostrum A. Aquensem Episcopum, quem in partes vestras direximus, nobilitati tuae commendavimus, rogantes ut ei pro Beati Petri reverentia ducatum, & si qua alia necessaria fuerint, praebas. Datum Laterani 7. Kalendas julii.

Sententia Olrici Archiepiscopi Mediolanensis in causa inter Episcopos Laudensem, & Terdonensem, ubi de Opizone Episc. Laudens. (B. Vvidonis Episc. Aquen. Fratris) agitur ex Murat. A. I. M. A. T. V. diff. LXX. col. 1027.

MCXXV.

19

Dum in Dei nomine in civitate Mediolani Olricus Archiepiscopus judiciario more resideret praesentia domni Azonis Aquensis Episcopi, & Ordinariorum S. M. matris Ecclesiae &c. per lata est querela, quam habebat Ardericus Episcopus Laudensis Ecclesiae cum Episcopo Petro Terdonensis Ecclesiae de possessione Monasteriorum de Precipiano, & Savinione dicens praedicta monasteria esse de jure, & potestate Episcopatus S. Laudensis Ecclesiae insuper & dedit tres legales testes testificantes se vidisse Opizonem Laudensem Episcopum in Monasterio Precipiani tamquam proprium Episcopum, ac dominum esse susceptum a Guidone Abbate, & monachis ejusdem monasterii cum honesta, & plenaria processione, cum campanis utique sonantibus, cum aqua benedicta, & incenso in tempore Odonis Terdonensis Ecclesiae in Episcopum electi: & omnia ibidem superscriptum Opizonem disponentem, & morantem tamquam in domo sua, & placita inibi tenentem datis clavibus camerae, aliarumque domorum dicti monasterii ministris, & fidelibus Opizonis Episcopi His ergo cognitiss dedit sententiam D. Archiepiscopus, ut Episcopus Laudensis omnimodam possessionem habeat factum est hoc anno ab Incarnat. D. N. J. C. MCXXV. mense decembris Indict. IV.

Venditio domus, & possessionum facta ab Oclerio Sagittario Mobiliae Abbatissae de Aquis. Ex Tabulario Monasterii.

MCXXVII.

20

Die mercurii quod est septimo idus februarii in atrio Ecclesie sancte Marie Camporum presencia honorum hominum quorum nomina subter leguntur Oclerius, qui prenominatur Sagittarius iprevit, ac finem fecit in manibus domine Mobilie Abbatissae predictae Ecclesie nominative de casa una, que est in burgo Aquis juxta domum Petri de Moriogo, & masum unum in loco Sexa-